

## **Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica**

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,  
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in  
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Provisione Et Obtentione Beneficiarvm

**Leuren, Peter**

**Coloniæ Agrippinæ, 1704**

613. A quibus precistæ sint instituendi in beneficio, seu à quo ipsis  
conferendum beneficium, in ordine ad quod preces impetrantur, an is sit  
ordinarius collator, an Executor à Cæsare constitutus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74485](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74485)

*Quæstio 611. An igitur etiam Cæsar concedendo preces, immutare possit naturam beneficij?*

R. Espondet ad hanc quæstionem sub distinctione Chok. p. 26. Cæsarem, dum confert, non ut Patronus, id non posse; cum non possit jus acquisitum Ecclesiæ tollere; esset enim species alienationis: item quod limitata potestas translatæ sit cum suo onere, hinc tenerat providere secundum qualificationem, quæ tenebatur Collator ipse, ut & is, ad quem fit devolutio; adeoque providere hominibus illius qualitatis secundum naturam institutionis beneficij. Ac denique quod ubincunque dispositio testatoris est certa respectu certa persona & loci, non potest alterari. Dum vero confert, ut Patronus, posse eum qualitates & conditiones tempore fundationis appositas in totum tollere; cum sola auctoritas, ut Host. in c. cum accessissent de constitut. & consensu fundatoris vel ejus hexadum sufficiat ad hoc, ut tollatur natura & conditio, aut institutio in ipsa fundatione apposita. Et ut Imol. cum Abb. in cap. fin. de Clericis non residentibus, quod si in institutione beneficij collatio facienda est presbytero, potest cum licentia Patroni super hoc dispensari, ita Chok. verum hoc secundum membrum distinctionis omnino falsum est; cum nequidem fundator ipse, multoque minus successores Patroni postmodum mutare possint leges fundationis, etiam cum consensu Ordinarii, ut supra fusè probatum, ubi actu quid possit Patronus.

*Quæstio 612. Num Cæsar concedendo preces, de novo apponere possit conditiones alteras?*

R. Espondeo negativè; quia inferiores, etiam Collatores, debent conferre purè, nisi forte adjiciatur conditio, quæ de jure inest. Chok. pag. 27.

*Quæstio 613. Cum Cæsar ipse vi induiti precum non habeat potestatem conferendi, sed solum nominandi, ut dictum supra ex Wagn. pag. 490. Pirk. loc. cit. n. 368. & Chok. pag. 1. à quibus Precista sint instituendi in beneficio, sicut à quo ipsis conferendum beneficium in Ordine ad quod preces impetrantur, an is sit ordinarius Collator, an Executor à Cæsare constitutus?*

1. R. Espondet primo Wagn. pag. 495. id spectare ad Executores illos, dum ait: stando in tex-  
tu induiti, nisi aliud habeat consuetudo, cæsareas literas à Precista primùm offerendas fore Executoribus à sua Majestate deputatis, qui nullo depre-  
hensio substanciali vitio beneficia ipisis canonice conferant, & postea preces cæsares ordinariis Collatoribus, ad quos spectat, porriganter, à quibus Precista recipi debet, & in possessionem induci. Hujus suæ sententiæ hanc dat rationem; quod Papa in ipso induito velit, ut provisio canonica præcedat receptionem, hoc est, missionem in possessionem, dum ait: postquam ipisis canonice provisum fuerit, recipere & admittere teneantur: hanc vero receptionem solam Ordinariis injunxit; cum in toto induito nullibi dederit potestamen conferendi iisdem Ordinariis seu Collatoribus.

2. Respondet secundò contrarium, & forte probabilius Engels ad tit. de præb. n. 71. eo quod ex

binis earum precum formis, Rudolphi nimirum & Ferdinandi Cæsarum, quas in proem. pag. 4. & recitat Chok. ubi preces fuerint expressè ad ordinarios directæ Collatores, itaque ab Imperatori bus pro collatione & provisione Præcista facienda requisiti; adeoque vel ex hac practica observantia sufficienter colligatur sensus verborum illorum induit: nec non personas ipsas ad hujusmodi beneficia, postquam ipisis de illis canonice provisum fuerit, recipere & admittere debeant, & teneantur, esse hic: postquam per Ordinarios, ad quos preces per Cæsarem diriguntur, examinatis qualitatibus præcista & ceteris, quæ canonica institutio requirit, provisum illis fuerit, vel his recusatibus, aut forsitan circa beneficia reservata, quæ ad eorum collationem non spectant, per Executores cæsares, juxta earundem precum tenorem (juxta quem sane non est, si dum Imperator in literis exprestè & directè requirit Ordinarii collationem in beneficio ad illum spectante, præcista, eo neglecto, hanc collationem petat ab Executore) recipere debeant, faciliter ad actualem possessionem iisdem ordinarii Collatores, vel ad quos ea in possessionem missio pertinet solet. Sed neque, ut addit Engels, videretur fuisse Papæ intentio, Ordinarii adimere suum jus conferendi, ei que præferre extraneos Executores, quod utique non tardò discordias & confusiones moveret. Eandem cum Engels sententiam tenet Pirk. n. 375. inquiens: quia ordinarii Collatores non facile parebant huic induito primariarū precum, Papam constituisse delegatos suos pro executione nominationis cæsarea, ut compellant Ordinarios ad conferendum: quamvis n. 384. exprestè teneat contrarium, dum inquit: Executores deputati à Cæsare debent iis, qui ab illo nominari sunt ad beneficia, conferre & assignare beneficia, & postquam illis canonice provisum est, Collatores eosdem recipere & admittere debent; adeoque collatio semper fit (hoc est demandatur facienda) Executoribus, collatoribus vero nudum receptionis seu installationis ministerium. Idem cum Engels tenet Chok. pag. 26. (quamvis obscurius loquatur, & velit receptionem, & admissionem hauc, de qua in induito, esse receptionem collativam juris in beneficio, sive accipi pro ipsa institutione, seu collatione; adeoque Præcistas non egerunt ulterius aliquis operâ vel gratiâ, nisi ad actum possessionis corporalis, in qua tantum constituit executio facta) dum ait: mentem Pontificis esse, ut ipsi Ordinarii præcistis provideant & beneficia conferant per collationem, videlicet receptivam, vel receptionem collativam.

*Quæstio 614. Executores precum harum, a quo, & quales constituendi, & quæ eorum potestas?*

1. R. Espondeo ad primum: Pontifex generatim hos Executores constituit, dum nimirum pro nominationis cæsarea executione delegatos suos constituit, seu haberi vult, quos Cæsar Executores deputavit. Wagn. pag. 492. Pirk. n. 375. Imperator vero auctoritate pontificiæ seu concessâ sibi Pontifice in specie hos Executores constituit, denominando certas aliquas personas Ecclesiasticas. Potestque proinde Cæsar, Executore à se denominato mortuo, antequam preces seu denominatio fortita effectum, deputare & substituere alium & alium, donec preces plenè fortita effectum. Pirk. & Wagn. l. cit. Aitque Pirk. aliud dicendum, si Exe-